Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.

Wien, 1794 Seite 2389

Quelle:
Copyright:

iſtis verbis velamen ſui doli ſolent adaptare dicentes: Sacramentum altaris ſub ſpecie prima eſt totum plenum et perfectum ſacramentum, et hoc fuit defenſorium ipſorum coram rege (Georgio) *in diſputatione contra Magiſtrum Rokyczanam Anno domini* MCCCCLXV. &c. Hinc ſcriptionis tempus liquet.

VIII. *fol.* 111. Epiſtola *Petri Plebani* ad *Andream*, de quo ſupra N. 4. ſeu Tractatus potius, quo hunc Apoſtaſiae coarguit et *Huſſitarum* opiniones magno teſtimoniorum e ſacris literis et PP. adparatu urget. Initium: *Ad ſcripta mea* (tua) *quibus non me ſed euwangelicam quam ſincero diligo corde auſus es impugnare fidem, non mireris cur tardius reſpondeo* &c. Finis: *in futuro ducet in conviuium eternum Amen.* Manus difficilis et ſaepe refecta.

IX. *fol.* 182. Expoſitio Orationis Dominicae, cujus initium: *Iſta oratio dicitur dominica, quia dominus noſter ihesus chriſtus ipſam ſuo ore compoſuit* &c. Percurruntur deinceps VII. *Petitiones*, ſed uberius, quam quidem in Opp. *Huſſi ſupracit.* P. I. p. 40. qui tamen ſub finem citatur.

X. *fol.* 194. Excerpta Bohemica e *Statutis Arneſti* I. Archiep. *Prag.* anni 1309. contra Uſuras et Uſurarios, item ex Interdicto *Ceſaris Caroli et Leonis Pape*, item ex *Juribus* (Prawa Prazſka) *Pragenſibus.*

XI. *fol.* 198. Collectanea: *Que mala veniunt ex recidiuatione ad vicia. Signa quis eſt in corpore chriſti miſtico et quis non. Vera deſcriptio antichriſti.*

XII. *fol.* 204. *Secuntur Sententie Morales Philoſophi Sexti qui acerrimi fuit vir ingenij.* Initium: *Fidelis homo electus homo eſt, electus homo homo dei eſt* &c. E Graeco tranſtulit *Ruffinus Aquil.* nomine *Enchiridii* ſeu *Anuli*, tribuitque *Xyſto* ſeu *Sixto* Pont. Rom. II. culpatus ab *Hieronymo*, cui Author viſus eſt Philoſophus Pythagoraeus *homo gentiliſſimus.* Standum tamen videtur potius pro Chriſtiano, id quod edit. ultima *Lipſiae* 1725. 4. adſertum ivit *Urb. Godfr. Siberus*, et *Sixtum* Pont. Sec. III. Martyrem repoſuit. Nondum inventa Graeca.

XIII. *fol.* 213. p. 2. Argumenta collecta contra Supplicationes Theophoricas, quae excipiuntur a variis Excerptis e Sermonibus *Joh. Chryſoſtomi.*

XIV. *fol.* 226. Tractatus Bohemicus pro Communione Infantium, qui incipit: *Keczti pana boha wſſemobucziebo a gebo choti milee Cierkwe ſwate mienim* &c. Tractatus hujus argumenti latinos vide *Codd.* variis.

DCXXV.

Codex chartaceus, lat. Sec. 658
XVI. Folior. 6. 4. continet: I. Methodum quandam meditandi Sacra, cujus initium: *Ad meditationem preſentem accelerandam et eius vtilitates 12. generales et plures particulares demonſtrandas ordinate ingredimur particulas ipſam*